

**Iosephi Scaligeri Loci cuiusdam Galeni difficillimi explicatio doctissima, /
nunc primum in lucem edita, ex museo Joachimi Morsii.**

Contributors

Scaliger, Joseph Juste, 1540-1609.

Morsius, Joachimus, 1593-1642.

Marcus, Jacob

Publication/Creation

Lugduni Batavorum : Excudebat Iacobus Marci, MDCXIX. [1619]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dwssnpyz>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

IOSEPHI SCALIGERI
OCI CVIVSDAM
GALENI DIFFICILLIMI
EXPLICATIO DOCTISSIMA,
Nunc primum in lucem edita,

Ex Museo

IOACHIMI MORSELI




LYGDVNI BATAVORVM,
Excudebat IACOBVS MARCI.

MDCLXXIII

TO THE SCIENTIFIC
CLASSIFICATION OF
GARDEN PLANTS
BY THE
LONDON DOCTRINARY
OFFICE
IN THE
YEAR 1787

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
I 7 8 7



LONDON BATAVORUM
JACOBUS MARCI
1787

Clarissimo Philosopho & Medico;

D. D. PETRO LAVREMBERGIO,

Professori in Gymnasio Hamburgensium doctissimo,

Salutem ac Amorem perennem.

Mitto ad te, mi Ocelle, eruditissimam hanc loci
 difficillimi Galeni interpretationem, quemad-
 modum illa ad manus meas, ab Amplissimo
 & Consultissimo Dn. FRIDERICO LINDEN-
 BROGIO devenit; ut aurem tibi vellam de paren-
 tis huius omnis sapientie ac doctrine promissam novam
 Græcolatinam editionem, serio cum Mss. codicibus conlatam,
 infinitisque in partibus auctam, emendatam, & perpetuis
 Commentarijs illustrata, quam iam dudum nobis debes.
 Libera, libera, queso, tandem fidem tuam. Pariet, me
 vate, hic labos tuus, immarcescibilem tibi perennis Glo-
 ria coronam.

Omnia adsunt, nec quidquam deest, quod ab ullius
 mortalis ingenio, & diligentia, ad tanti operis felicem
 emolitionem expectari potest. Et habes laboris tam præ-
 clari socium domesticum eximium, Ioannem fratrem,
 ut disciplinarum cunctarum, totiusque antiquitatis co-
 gnitione; ita Græcarum literarum singulari peritiâ ex-
 cellentissimum. cuius Græciam in horas expectamus,

--- monumentum ære perennius
 Regali que situ Pyramidum altius,
 Quod non imber edax, non Aquilo impotens
 Possit diruere, aut innumerabilis
 Annorum series, & fuga temporum.

*Quod itaque restat, denuo communi Bonæ Mentis cuius
 torum suffragio, te obtestor, imple vota nostra, prosperè
 rem gere, & longum ex usu publico vive, vige, vire
 mei non immemor unquam. festinabam properè Lugdunum
 Batavorum, Anno ære Christianæ MDCXIX
 XIX. Febr.*

Tuus Tuorumque Totus

FIDE PRISCA


dum vita manebit,

I. MORSIVS.

I O S E

IOSEPHI SCALIGERI

LOCI CVIVSDAM
GALENI DIFFICILLIMI
EXPLICATIO DOCTISSIMA.

 Veritur quid sit apud Galenum τὴς κήρυ-
κας τὸν πόδα λέγειν. Ait enim, si capax ὁ
θώραξ fuerit, hoc non solum τὴς ἀνθρώπου
μεγαλοφώνως efficere, sed etiam πλεῖστον φωνεῖν
διωαμένως, ὡς περ οἱ κήρυκες ὅταν τὸν καλούμενον πόδα
λέγῃσι. Sed & quando hoc fit, alibi non obscure
designat, quamvis τῆς ποδὸς καλούμενης nomine
non expresso, quum ait ὅταν μέλλοντες αἶρῃν τὸ
φθέγμα, πλεῖστον εἰσπνέωσι. Certe præcones nun-
quam maiore vocis contentione utuntur, neque
magis εἰσπνέωσι, aut τὸ φθέγμα αἶρῃσι, quam cum
animos coronæ silentio præparant, quod Facere
audientiam Latini dicunt. Quando vero αἶρῃσι
τὸ φθέγμα, dicunt ἄκκε πᾶς, vel ἄκκε λεώς. Sed ἄκκε
πᾶς est usitatus, quæ est διποδία sive πρὸς δίαμ-
βου, ut dubitandum non sit hunc esse τὸν λεγό-
μενον πόδα. Omnis autem pes constat ex arsi & the-
si. Præcones vero magno spiritu morabantur in
arsi ἀκκῆ; ut non solum μεγαλοφώνως, sed etiam
πλεῖστον φωνεῖν possent. Quod quidem omnes lin-
guæ in suis præconibus experiri poterunt, ut Gal-
lis or escoutez. Est enim διποδία, ut ἄκκε πᾶς. Et
scimus quantum immoratur præco in arsi duarum
priorum syllabarum, in qua maxima spiritus con-
tentione opus est. Ut hæc vera est interpretatio

quam attulimus, ita falsa illa Hieronymi Mercurialis, Medici maximi nominis, qui ut ejus verbis loquar **DICERE P E D E M** nihil aliud esse putat, quam sono & cantu vehementissimo ad pedes vel in pugna vel in cursu agendo monendos inflammare. Quæ verba quanquam homini latino intelligenti negotium faceffere possunt, tamen videntur hoc velle, nisi fallor, & verum est, **DICERE P E D E M** esse ad cursum pedes incitare. Quod perinde est, ac si **M A N U M DICERE** esset manum ad pugillatum incitare. Quo non video quid alienius à vero dici potuit, nisi forte illud, quod paulo ante dixerat. Iam vero quid esset **V O C A T U M P E D E M DICERE** quem decantabant tibicines, tubicines, ac præcones, nondum recte à quoquam explicatum observavi. Putat tibicines & tubicines dicere pedem. Sane dicere non possunt, nisi loquantur. Quomodo autem loqui potest tibicen, quum tibiam; & tibicen, quum tubam inflat? Certe in veteri proverbio est: *Simul flare & sorbere difficile est*, ut mercurio loqui, & tuba canere. Sed male concepit verba Galeni sui, qui nihil tale *περατρολογεῖ. δέον δὲ αὐτῆς μάλιχα μὲν αὐληταὶ, ἔ παλαιστῆαι, ἔ κήρυκες. ὅταν τὸν καλούμενον πόδα μέλλουσιν ἐρεῖν.* Opus habent ea (*τῶν φρενῶν ἔ τῆ θώρακῃ* thesi) tum tibicines, quum inflant tibias, & palæstritæ cum spiritum cohibentes inflant corpora, tum etiam præcones, quum dipodiam solitam pronunciant. Oro illum, dicat nobis, quid opus palæstritæ pedem dicere, cujus actio non est loqui, aut tibicini qui tibiam inflans non potest loqui? Quod vero Pollucis locum, quem producit, de hoc pede, de quo

quo loquitur Galenus, putat agere, frustra quoque est. Verba Pollucis ex XII. cap. lib. III. καὶ τὸ ἀγώνισμα σάλπιγγος πρῆσβύτερον, εἰς δὲ φιλοπρίαν τῶν ἐπ' αὐτὸ προσελθόντων, εἴτε καλούμενοι πάδες ἐνομοθετήσαν, ἔλεγχον ἔχοντες ἐς μῆκος πνεύματος, καὶ πολλῶν τῶν περὶ τὰς νεῶς ὠκοδομημένον ἐκδοσις ἀφωλείας πρὸς δεομένων. hoc est: Erat etiam tubæ certamen vetustius. Ad gratificandum autem eis qui ad hoc certamen descenderunt, legibus instituti sunt pedes, quos vocant, quibus longitudo spiritus deprehenditur. item elocatio multorum edificiorum circa templa immolitorum, quæ quidem fuerint juris controversi. Galenus loquitur de præconibus, Pollux de Salpicis, hoc est de Tubicinibus. In Galeno opus est præconi voce ad pedem dicendum, in Polluce Tubicini opus tuba ad experiendum artem. In Galeno de voce præconis agitur, hic vero de privilegiis Salpicitarum, ad quos ad hoc certamen invitandos legibus comparata dicuntur intervalla aliquot pedum excipienda, ne intra ea alicui immoliri aut ædificare fas esset. à loco nempe ubi certamen committebatur, ad tot pedum intervallum, in quantum spiritus flantis tubam extendi posset. Nam vix credibile est quam in longum spiritus tubicinis porrigitur: quod, ne quid de experientia profitear, maximè confirmatur exemplo illius nobilis tubicinis Herodori Megarensis, qui cum tubam flaret, vehementia spiritus tanquam turbo circumstantes summovebat. In gratiam igitur salpicitarum, à loco commissionis tantum areæ puræ relinquitur legibus, quantus est ἔλεγχος πνεύματος εἰς μῆκος. Præterea, quæ omnia ædificia, quæ
circa

circa templa immolita sunt, intra intervallum,
 quod legibus ædificiorum exceptum est, ærario
 Pontificum vindicentur, eorum elocatio & redi-
 tus cedebat commodis salpictarum, ut ex ea pe-
 cunia post commissionem certaminis, in commu-
 ne, aut per contubernia vescerentur. Nam ea verè
 sacra sunt ludicra, quorum victores habent *σίτησις*
 in publico. Ut igitur & salpictis esset *σίτησις*,
 ea legibus ex locatione illorum ædificiorum cavi-
 ta est. Quod si quid esset *Φιλοπυμία* animadversum
 illi esset, numquam *πύς πύδας* arcarum, cum pede
 aut dipodia præconis confudisset. Sed multa illi
 docto medico, cum in illis Varijs Lectionibus,
 tum in Agonistico exciderunt, quæ partim vul-
 gatissima sunt, quum tamen nova se proferre pu-
 tet, partim falsa: qualia quæ Mureto obijcit de
 Theriaca, nobis de aquâ petendâ, de Coryban-
 tiasmo: & denique maior pars illarum lectionum,
 ut aliquando ne videamur *συκοφαντεῖν*, illi aperie-
 mus, eiusmodi est, ut melius fuerit nihil scripsis-
 se. In verbis Pollucis pro *ἐναθέτησαν* legimus *ἐνα-
 μοθέτησαν*, *ἐκδοσις* non *ἐκδοσιν*, *δεομένων* non *δεομένω*.
 Illi pedes, intra quos ædificare lege prohibebatur,
 in veteribus Atheniensium legibus dicebantur
πυδῶν περφοραί. Et lex Solonis etiam in Pandectis
 Justiniani extat de pedum intervallis in ædificijs,
 quam legem etiam in XII. Tabb. .x. viri trans-
 tulcrunt.

F I N I S.